

Lomenio.

174  
(493).

Fortasse me joculari credes, Lomeni Illustrissime. Ego vero per quam serio dicturus sum quid hic leges. Ab eo tempore quo in animum induxisti diuortium cum Musis quondam nostris facere nimis quam repentinum, colligere caepi, certe suspicari aliquando frigidius affici te commercio hominis ad ea studia suo genio propensi quae tu vel odisses, vel existimationis tuae interesse putares non videri amare, unde et sufflammandos impetus meos duces, et parcius te compellandum. Si me fefellit ratio, eue abjuro errorem, et, quod carmines non placeret, soluto sermone amicitiae meae et obsequii perennem, atque avaritiam et constantiam, si quid opus sit, demum hic confirmo. Ejus rei quod verbis fidem hincinde fecerim, nihil est quod debere te censeas nisi, ipsi tibi et veritati. Satis intelligo fortunae tuae scaphulam ut nunc est ἀντοπαρὰ πειρὶ τῶν ἀνέμοις agere posse, nedum ut se erigat aduersus tempestatem et procellas; at me qui hujus fori non sum, non tangit iste turbo, et homini peregrino fas esse existimo modestè inter probos et cordatos proloqui, quid sentiat de virtute, iniquitate temporum oppressa. Vanitè te quaesivi ante Epidurum, nescio ante Epidurum: nescio an retulerit pedissequum, cui id commiseram. In quocumque patriae angulo te abideris, habebis me animo et affectu viae vitaeque comitem, et ut alienis verbis absolnam, in quae hodie incidi.

Tempo, essetio, dolor, injuria, e scherno  
Sveller non ti potran dal petto mio.

Vale, meum pecun, et agnosce libens animi non fucati  
testem dexteram. Lutet: X111. Cal: April C1212CLXIII.

L. Hessel.

L. Hessel:  
C. H. a Z.  
S. P.

(494).

Intelligo multum me tibi debere eximia Adolescens quod tanto à me intervallo vissitus, non gravatus sis mei meminisse. Narro autem tibi, et d. Avias te et Matertera non minus esse obstructum, quod prudentissime causam tibi et occasionem designaverim, quã

quã styli libertatem tentares exercere, etiam in te  
argumento. Macte hãc solertiã, et a me sene non  
inexpertis discere, sã quò tendis non portendi, nisi hinc  
duobus adminiculis, legendo nimirum et scribendo, qu  
rum rerum si quando te satietas coeperit, actum puta  
de studiis me auctore; qui tamen longè potiora mihi  
de te pollicear. quoties in mentem venit, quantis av  
Proavis attanisque ortus sis. Hisce aliquando ut  
te parem aut majorem prastes ex animo valeo  
Vale Lutet. Paris: IV. Non. Maij C1717CLXIII.

N. de Sobirats.

(495).  
Quod pro calibatu individuanã vita consuetudinem  
feliciter delegeris, Vir Nobilissime, tibi primum ex  
animo gratular, proxime charissimis Parentibus, post  
mihi quem dignatus sis tanto terrarum inter  
uallo ab orbe vestro remotum, domestica fortuna, et  
gandii participem facere. Amplector equidem beneve  
lentia, quã me prosequeri non cessas, novam probam  
que teveram, et vicissim rogo, ut si quid in me  
observasti, quo me tibi tuique non inutilem ami  
cum, prastare valeam, hominem te nactum statuas  
cui plenã libertate quod velis imperes. de Patris optimi  
negotio frustra calcatur addis, bene currenti, et quod  
felix faustumque sit voveo, ad metam provento. Eram  
in diplomate concinnando, quale utriusque vestrum  
conducere debere judicavi, cum utriusque litera sum  
reddita. Proinde hoc omne negotium brevi confectum  
dabo. ut nimirum hoc quoque novo gaudio (macte  
sitis. Vale Vir Amplissime et me ama. Hagae  
pud. Cal. Jan. Anni C1717CLXVI. quem simul omnibus  
vobis auspiciatum opto et prosperum.

Westerbanio

(496).  
Liberasti me non levi suspiciuncula, Vir eximie  
quã, cum in turbã salutantium solus reduci non  
appareres, dubitare ceperam aliquid decessisse ab  
illo affectu, quo me à juventute nostrã ut memora  
humanissime complexus es immerentem certè et  
non illum Hugenum quem fortasse tibi.

Fama levis, mendax, garrula finxit anus.  
Quod duplici ergo munusculo totius quadrigenii quo exula  
officia